



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XXXII. Abeling von Kleptzk vergleicht sich mit dem Johanniter-Orden durch
den Comthur zu Werben, den Vicar des Priors Paul von Mutina, am 27.
Sept. 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

manforum usque ad finem transeunte. Dimisimus eciam predicto fratri gheuehardo de Wantfleue reliquisque predictis fratribus prefatam curiam cum tribus mansis prefatis absque precaria, equo pheodali et simpliciter absque omni seruicii angariacione seu infestacione perhenniter cum libertate perpetua optinendam. — Testes vero sunt Hermannus de Wolchowe miles, Hinricus mente burgenfis in Werben et quam plures alii fide digni. Datum anno dom. M°. CCC°. XIX jn die beati Nicolai.

Zehnerhaft in Gercken's Fragm. III, 41.

XXXII. Ebeling von Klepzt vergleicht sich mit dem Johanniter-Orden durch den Comthur zu Werben, den Vicar des Priors Paul von Mutina, am 27. Sept. 1321.

Nos Ebelingus de cleptzk Miles — volumus esse notum, Quod Theod. de kerkow miles pro nobis ac nomine nostro inter nos et fratrem Gheuehardum de wantfleue, gerentem vices fratris pauli de mutina per Marchiam et Slauiam ordinis hospitalis sacre domus s. Joh. Jerosolimitani, pro dissensione, que inter nos et eundem ordinem vertebatur, ac dampno per nos illato ordini predicto placitauit in hec verba. In primo vndecim frustra reddituum dimitemus ordini predicto in quadam villa, prout in litteris nostris inde confectis expressius continetur. Etiam procurabimus apud dominum Episcopum Ecclesie Hauelbergensis, quod Ecclesiam in kyriz cum iure patronatus ordini predicto confirmabit et litteras confirmacionis eciam ordini, nostris tamen expensis. Item procurabimus, quod dux Saxonie suis litteris certificabit ordini predicto quinquaginta marcas ex nostri parte erogandas. Item infra hinc et festum Martini proximum certificabimus fratri Gheuehardo de Wantfleue et fratri Hinrico de Wefenberch, Commendatori in Myrow, ad vtilitatem eorundem centum et quinquaginta marcas arg. Stend. nostris cum amicis: — solucio pecunie fiet in lychen et werben —. Item per compositionem quam fecimus nullus dimittetur solutus, nisi Gunpertus de Alfleue. Et nos cum familia nostra cottidiana Sleghele, Carstede et Rychode Eciam Recognoscimus presentibus — quod compositionem fecimus ordini et fratribus memoratis pro dampno ipsis illato et non eorum subditis; quia si contra nos eorum subditi aliquam vindictam habere voluerint pro dampnis ipsis illatis, illud facere possunt et debeant facere absque auxiliis ordinis sepedicti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum jn Castro Stargard anno domini M°. CCC°. XXI°, die dominico ante diem Michaelis proximo.

XXXIII. Heinrich von Wendemarck verkauft seinem Verwandten Johann Werben eine Getreidehebung aus Lichterselde, welche nach dem Tode des letztern der Pfarrkirche zu Werben zu fallen soll, am 24. April 1322.

— ego hinricus de wentmarc vendidi iohanni werben meo cognato vnum eorum tritici sub vero tytulo hereditatis ex mea curia in lichteruelde obseruandum, quem uidelicet eorum tritici illi iohanni singulis annis in festo beati martini absque omni dubio et impedimento in ciuitate werben erogando teneor presentare. Tali addita condicione, si iam dictam curiam uenderem alicui, tunc dictum